Pract. Th. II 109

Libellus de venerabili ſacramento et valore miſſarum.

DEuotus quidam preſbiter cōqueſtus michi fuit ꝙ circa venerabile ſacramentum eukariſtie quaſdam difficultates haberet. quarum ſolutionem facilem et planā inuenire non potuit prout ſue ſimplicitati cōgruebat et a pluribus aliis ſimile audiui, et vt veritatē fatear idipſū michi pluries accidit ī ipſo primordio preſbiterii mei. q̄re eciā multas īquietudines et ſcrupulos ī corde ſēciebā que nichilominus dono dei poſt īformacionē patrū meorum z ſcripta doctorum que diligēcius perlegi/penitus abierunt/ita vt qui nimis anxio corde ſolebā primū accedere ad tanti ſacramenti celebracionem, poſtea cum maiori confidencia ad ipſū feſtinaui. et qui propter huiuſmōi turbaciones internas horrore et tedio afflictus maluiſſem me ad preſbiterii ordinem nō fuiſſe promotū. aut certe occaſiōꝫ legitimā habuiſſe rarius celebrandi. de poſt maximas egi grates piiſſimo domino. ꝙ me indignum peccatorem ad tam ſaluberrimum ſtatum vocauit. et toto deſiderio eſtuabam ad cotidie celebrandum ſi canonicum impedimentū non occurriſſet. Hec vt pie ſpero fuit mutatio dextere excelſi mecū. et ꝙ ſimile

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

predicta preſbitero amico meo contigit ex parte in=
tellexi. et forte aliis pluribus idem euenire poſſet:
quare viſum eſt michi ſecundum deſiderium ipſius
aliqua ex dctis autētícis colligere plano ſtilo. pro q̃
licunq̧ conſolacione cordis ſui . donec clemēs domi=
nus ſeipſū oſtēdat ſibi. et cōſoletur eum plene. illu=
minetq̧ . Terminos āt difficiles et allegaciones ſtu
dioſe vitabo. ne īpedimētū afferant ītellectui. tamen
in margine ſingula loca annotabo quantū viſū fue
rit. quia ſimplicitati ſeruimus.

Primo igitur firmiſſima fide eſt tenēdum.
ꝙ totus criſtus ſit in hoc ſacramento. Ille
idē qui natus eſt de virgine . paſſus in cru
ce. qui ſedet ad dexterā patris. qui venturus eſt iu=
dicare viuos et mortuos veriſſime in hoc ſacramēto
cōtinetur Perſona āt xpī in tribus ſubſtanciis exiſ=
tit. ſcz diuinitate. aīa. et corpore . vnde ſequitur ꝙ ī
hoſtia cōſecrata realiter eſt ipſe filius dei in ſua pro
pria perſona et filius virginis narie. i. verus homo
vnitus diuinitati in eadem perſona. Vbi eſt diligen
ter aduertendum ꝙ panis non conuertitur in diui=
nitatem neq̧ vinum. ſed neq̧ in animam xpī. ſed pa
nis in corpus xpī et vinum in ſāguinē tranſſubſtā=
tiatur ſiue conuertitur. et quia diuinitas corpus aſ=
ſumptum nunquā depoſuit! ideo vbicunq̧ eſt corpꝰ
xpriſti neceſſe eſt et diuinitatem eius eſſe . ſimiliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf